

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1674

Autre(s) référence(s) : Fauroux 232 / Tabuteau 273 / Round 713

Auteur(s) : Roger [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1066

Lieu d'émission : Bonneville-sur-Touques

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard souscrit une convention passée entre l'abbé du Mont-Saint-Michel et un certain Roger, relative à la terre de Potrel. La moitié de Potrel avait été donnée au Mont-Saint-Michel par Gerbertus de Potrel, l'autre moitié avait été ultérieurement acquise par l'abbé Ranulfus dudit Roger pour dix livres du Mans et une terre à Herenguerville. Roger ayant ensuite revendiqué Potrel, et tué le porcher des moines dans le bois de Bevais, l'abbé Ranulfus porta clameur au duc, qui exila Roger. Ce dernier ne rentra en grâce qu'après s'être engagé dans une convention avec l'abbé à abandonner toute revendication sur Potrel.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 713, p. 254 (extrait).
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°232, p. 446-448.

Dissertation critique

1066 (entre le 27 mai et le 16 juillet ?). Voir FAUROUX, p. 447.

Texte établi d'après b

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Notum sit omnibus, non solum presentibus sed et futuris, quod ego Gerbertus de Poterel, deprimente me pauperie, Deoque inspirante, requisivi venerabilem abbatem Ranulfum, ut ad monachilem ordinem Drogonem quendam meum filium reciperet, cum medietate terre mee de Poterel, quam de illo in liberali servitio tenebam, quod ipse libenter concessit. Postea predictus abbas, de quodam Rogerio cui medietas alterius remanserat, ipsam medietatem decem libras cenomanensium qui, pluribus videntibus, et audientibus cunctis, habebat et enim ipse Rogerius terram apud Herengardis villam quam plus diligebat ibique recessit. Abbas autem, accepta terra in dominio ad opus ecclesiae, fecit de illa medietariam ; post multum vero temporis isdem Rogerius instigante diabolo quadam die in nemore Bivie porcos Sancti Michaelis inveniens fraudulenter et nequiter subulcum interfecit. Quod audiens abbas Ranulfus incunctanter comiti Normanniæ patrati sceleris clamorem ostendit. Comes autem continuo ipsum Rogerium ut suæ majestatis reum a totius Normanniæ patria

eliminavit. Transacto autem non minimo temporis spatio, ipse Rogerius extermunum ferre non valens perinter nuntios multociens abbatem requisivit mandans et multum deprecans ut cum duce Normanniæ ei pacem reformaret sibi que reconciliari permetteret, tali pacto talique tenore ut ipse coram predicto duce et omnibus proceribus ejus forsjuraret illam terram de Poterel quam vendiderat, quod nunquam ipse vel aliquis heredum suorum, in omni successione temporum, aliquid amplius in illa terra clamarent vel requirerent, diu siquidem hoc facere et ecclesiam audire refugiens, tandem stimulatus consilio monachorum et abbatiae baronorum, statuto die et determinato, coram Guillelmo duce Normannie convenerunt, recordatoque ibi pacto ab utraque parte concesso, ante ducem Normannie Guillelmum, ut predictum est conventionem confirmaverunt. Ad hanc ergo conventionem roborandam, ut firma, inconvulsa et immobilis finetenus futuris temporibus permaneat, prædictus piissimus princeps, signum crucis manu propria subimprimere non abnuit. S. Guillelmi gloriosissimi principis Normannie. + S. Rotberti filii ejus. + S. Guillelmi filii ejus. S. Mathildis uxoris ejus. S. + Rotberti Sagiensis episcopi. + S. Johannis Abrincensis episcopi. + S. Rogerii de Monte Gomeri. + S. Rogerii de Bello monte. + S. Richardi proconsulis. + S. Turgisii de Tracei. + S. Gaufredi de Sai. + S. Radulfi de Sancto Johanne. + S. Haymonis de Bacilleio. + S. Hugonis prepositi de Genecio. + S. Morini Pistoris. + S. Igerii prepositi de Ardevone. + Acta sunt hec apud Bonam villam, eo anno quo gloriosus Guillelmus princeps Normannie mare transmeavit Angliam, quam sibi, Deo comitante, subjugavit, anno ab Incarnatione Domini .MLX.VI., epacta XXII, concurrente VI.